

PROEMIO E PRINCIPIO DEL *LIBER KARASTONIS*

SECONDO LA LEZIONE DEL CODICE N° 184 DELLA BIBLIOTECA DEL CONVENTO DI SAN MARCO
DI FIRENZE (carta numerata 112, verso, e carta numerata 113, recto).

Incipit liber karastonis. editus a thebith. filio thore.

c Continuet deus conseruationem tuam. et multiplicet ex salute portionem tuam. et non puer germano ego qualis tu es. absterget mentes cum inquisicio ne sua et excitet animum ad speculandum. et imprimit scientiam per naturam suam et circuit per seipsum et commouet super illud quod expellit assimilationem ab eo et ab eo exponuntur ueritates. legi o frater Epistolam tuam in eo quod dixi de speculatione tua in causis karastonis cum vestigiis inuentis in eo et figuris demonstratis super ipsum et quod venisti ea postquam cessans ab alijs occupatus fuisti in eis et bene exercuisti cogitationem in eis inter ignotum quod non recipiunt mentes. et ignotum quod non uerificat experimentum. perpendi ergo. illud super permutationem linguarum interpretum et vicissitudinem manuum scriptorum. holi tau (*sic*) ergo cum illo et tu non sanasti ex malis opinionis animam tuam. et tu quidem quesuisti a me expositionem illius cum dictionibus planis et intentionibus detectis et vijs que apropinquare faciunt a longitudine eius. et alleuiant difficultatem eius. Et quidem respondeo tibi in eis et de eo quod || quesuisti et ulime dicam tibi ex eis ubi uolueris cum figurabus sufficientibus et demonstrationibus sanis Scies ergo locum erroris et vnde multiplicatus adeo donec forsans factus comprehendens et fit communis.

car. 113 ,

Jam ciuisti. dirigat te deus. et tui pectoris illuminet intellectum quod cause karastonis deriuatæ sunt ex figuris geometricis non ergo fit excusacio et qui vult eas intelligere considerationem earum et speculationem et pluribus illius sicut cognitio figurarum sectorum. et sectionum proporcionalitatum earum et qualiter est earum assimilatio. et cognitio proporcionalitatum linearum innumeris ad inuicem. Liber enim noster iste non colorat diuersitatem illius et cuius expositionis hoc autem capitulum est inuitum (*sic*) super librum qui nominatur liber *euclidis*. Qui ergo vult aliquid eius inueniet ipsum illic exquisitum quia ergo iam premisimus quod necesse fuit premiti de rememoratione eius. quod conuenit ei qui considerat hoc capitulum et intelligit ipsum tunc incipiamus exponere illud quod intendimus et quod volumus. Dico ergo quod omnium duorum spatiorum que duo mota secant in tempore. licet proporcio vnus ad alterum est sicut proportio virtutis motus eius quod secat spacium vna virtute motus secantis spacium alterum. et ponam ad illud exemplum dico duorum viatorum perambulat primus 30. miliaria et perambulat secundus .60. miliaria in tempore. 1.^{no} Notum est ergo quod virtus et motus eius qui ambulat .60. miliaria dupla est virtutis motus eius qui perambulat 30. miliaria. sicut spacium quod est .60. miliaria est duplum spacii quod est .30. miliaria hoc est proportio incepta per se inter quam uter intellectum non est medium separans ea et quod post hoc dico quod omnis linea que diuiditur in duas sectiones et figitur punctum eius secans et mouetur linea tota penitus motu quod non redit ad locum suum tunc ipsa facit acadere duos sectores similes duorum circularum medietas dyameter vnus quorum est linea longior cum medietas dyametri secundi est linea breuior. et quod proportio arcus quem figurat punctum extremitatis vnus duarum linearum ad arcum quem figurat punctum extremitatis linee secunde. est sicut proportio linee reuoluentis illum arcum ad lineam secundam.

FINE DEL *LIBER KARASTONIS*

SECONDO LA LEZIONE DEL MEDESIMO CODICE N° 184.

(carta numerata 119 recto)

Erit ergo illud augmentum in ponderatis. et currit pondus grauati in sectionibus secundum proportionalitatem predictam. et erit additio in ponderat. consequens in omni sectione earum. hanc ergo artem adiuuant demonstrationes. et uerificat ipsam experimentum. Cum ergo uteris ex eis illo quod determinauimus. et intellexeris ex demonstrationibus eorum illud quod premisimus extrahet te .a. termino hebitationis (*sic*) et deteget te ab errore assimilacionis et faciet te videre locum rectitudinis et faciet te cognoscere casum erroris. &c. est finis

Explicit de karastione. deo gracias.